

91^R

de quibus est orta nobilis her mulier
 non possum sane cum tanta laude tacere
 ymno loquar plus re maxima laus pereat
 Summus in imperio fuit electus pater - anne
 in quo felices fecerat ipse dies
 Anne sunt etiam duo fratres scripta parentis
 primum Roma tenet alter in hungaria
 Regnat tertius et frater non defuit anne
 Dux Gorilicensis Belliger atque ferox
 Dicere nemo potest quod maior nobilitas sit
 sanguinis in mundo femina quam tenet her
 Et sic in laude prolis genitor genitrixque
 Extolluntur enim laudibus eximias
 Nam de se gignunt annam in nomine tanto
 digna vocari sit gratia quod resonat
 Cogitis asserere quod gratia fulsit in anna
 in qua fulserunt spes pietas et amor
 Spes perata fugat pietas suorumit egens
 Regna mererique celsa ferit amor
 Claruit her mulier in stirpe ducum generosa
 Claruit in se plus ^{propria} ~~per~~ per merita
 Tunc non fenuit famam sola patria tantum
 Tunc sed ad nos effunditur suus odor
 Et quia vicarius edwardi principis heres
 Rex illustris erat coniuge quique caruit
 Optatur virgo Regis complexibus apta
 Conilio proceris ne pereat proceres
 lustratur regna sub milite calcar acutum
 Ut rex sit sponsus curvare cogit equos
 Sponse sunt vise varie varios decantque
 Reges sed nostro traditur anna parens
 Tandem rex noster reginam fecerat annam
 Quam desponsavit ecclesie fac